

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

predicari de eis per identitatem: seu identice. Similiter etiam denominative eo modo: quo genus predicatur de differentia quod genus est extra conceptum formale differentia. Illa autem apud Averroes appellatur differentia que sunt alicuius idem ens: et in aliquo communione quidditative conueniuntur: non tantum identice et denominative: quemadmodum sunt deus et creatura: et sic predicamenta: ut dicitur est: que conueniuntur in ente quidditative. Ex quo sequitur unum correlatum: quod omnis differentia differentiis reducitur ad aliqua primo diversa: quod si soror et Plato differunt: igitur aliquibus differentiis que sunt principia differendi: illa vero per que differunt sunt. a. et b. aut. a. et b. sunt primo diversa: aut differentia. Si primum habet propositionem: si secundum procedit in infinitum.



Quantum ad ultimum articulatum: pro complemento quoniam qui appellat illatum et inuestigatum idem est cum distinctione. Motandum est quod si cut efficiens extra intellectum producit aliquid in esse realitate intellectus et quecumque potencia cognoscitur: producit rem quam cognoscit in esse cognitorum: quod esse cognitorum nihil aliud est quam respectus rationis de relictus in obiecto a potentia cognoscente. Et similiter voluntas producit rem quam amat et diligit: in esse voluto: quod esse est etiam respectus rationis penes quod esse rationis accipitur distinctio rationis. Ulterius notandum est: quod actus collatiuum intellectus presupponit actum rectum quo intellectus cognoscit rem quam comparat seu confert ad aliam rem: et nihil confert ignorans: aut non cognoscendo. Ex quo sequitur quod quelibet res comparata ad aliam rem: fundat respectum rationis: qui est esse cognitum et intellectum. Et si comparat unam rem ad aliam rem ut eandem sibi aut diversam: intellectus sic considerat eam idem tam autem distinzione rationis. Ex quo sequitur quod intellectus considerat aliquam rem ut est intellectus: et etiam considerat non ut est intellectus: semper in ipsa res est intellectus: et hoc est cognitum. Unum non valet ista sententia. Intellectus considerat lapidem non sub ea ratione sub qua est intellectus. ergo lapis non est intellectus. Unum comunitat hic modus in rem: et est fallacia accentus: quod licet res considerata ab intellectu sit intellecta et cognita: tamen non consideratur sub isto modo: et sub isto respectu cognitio passiva. Et per hoc potest saluari illud quod dicunt Scotisti quod res intellecta potest comparari ad rem non intellectam. Ulterius notandum est quod modi considerandi sive grammaticales sive logicales: sive grammaticales ut in recto: vel obliquo: sive logicales: ut in concreto: vel in abstracto: cum sint entia rationis: et respectus rationis causati per actum intelligentiae rectum et collatum: sunt fundamenta idem et distinctionis rationis: quia non potest esse maioris entitatis fundatum quod non est fundamentum. ergo in quo ibuscumque respectibus rationis non potest fundari respectus realis: aut ex natura rei: et ita neque idem est: neque distinctio ex natura rei. Ex quibus sequuntur aliqua correlaria.

Quod quotienscumque res realis comparatur ad rem realē vel realitas ad realitatem: et hoc vel ad seipsum: vel ad aliam in uno et eodem obiecto formaliter: ut quod intellectus comparat colorem et disgregatitudinem in albedine) quum oia ista presupponant habere esse cognitionem et intellectum sunt fundamenta distinctionis vel idem et rationis.

Similiter quod res rationis: comparatur ad rem realē: s. quod intellectus comparat genus: hoc est ista intentione secundam: que est genus ad intentionem primam que est ait: et e contrario. Vel rem rationis comparatur ad rem rationis: semper inter ista fundatur distinctio rationis.

Similiter quod ista comparantur sub diversis modis: cōcipiēdi: distinguuntur distinctiones rationis: quod non tamen est de diversis rebus rationis verū etiam de eadē rei: sive rationis accepta sub diversis modis cōcipiēdi.

Distinctio ex natura rei inuestigatur per quatuor genera oppositum. Primo per oppositum relatum: Secundo per oppositum proprium. Tertio per priuatum. Quarto per predictoriā. Exempli primum. Impossibile est eidem ostendere: et ex nō rei: et respectu eiusdem: et sicut idem inesse opposita relative. Ex quo inferatur: quod quum mouēs et motus sint sic opposita: et ista co-pertant intellectui agenti: aut possibilis intellectus agens aut possibilis non sunt oīno idem ex nō rei. Quod si contrēdatur: quod intellectus possibilis est actus intellectus. ex sententiā Doc. sub. in quolibet. Doc. sub. in q. 15. Et eadem potest intellectus possibilis fundamente quod. q. 15. lis est passiva respectu intellectus. igitur idem oīno respectu eiusdem est mouēs et motus. Ex respondet quod eadem potentia fundamentalis est mouēs et motus: sed non sim idem. Nam pro quanto est quedam virtus illimitata habet perfectionem causatim est mouēs et in actu: pro quanto autem est perfectibilis per actum quem p̄ducit: et est capax istius est motus et in potentia. Hęc sunt distinctiones respectus in intellectu: quod sunt distinctiones aptitudines naturales: et distinctiones respectus fundamentales aut aptitudinales: et ita non sicut idem tamē ab solutū quod est intellectus possibilis est mouēs et motus in actu et in potentia. Est etiam actus mouēs et agens: respectu motus et actionis quam elicit: et est motus et in potentia respectu termini actionis et motus.

Quod si tu dices: agens recipit actionem: igitur patitur sim actionem. Ex respondetur: aliquid est formam inesse aliqui mediate simplici inherētia: aliquid est formā inesse media respectu et passionis. Actio non potest inesse agenti per receptionem passionis seu que sit passio: quod sicut ad motum non est motus: ita ad actionem non est actio: neque passio. Ex sive physi quod etiam probat: quod quum actio sit causa passio- nis: et passio effectus eius: non potest passio esse per se et causa actionis. ergo in eodem instanti in quo actio inest agenti: nulla passio precedit: seu ponit per se ipsum eius. Et ita si actio non est agenti: non recipit in agente receptione passionis: et in heret agenti. Et per hoc evadit difficultas: que solet fieri contra Scotistas: quod si actio esset in agente omne agens moueret. Potest et aliter dici quod quum actio sit causa motus: et motus sit terminus eius causatus per ipsam ut distinguatur a motu: sequitur quod agens recipiendo actionem: non mouet: quod illud tamen mouet in quo est motus: sed motus recipitur in passo: prout motus accipit pro forma fluente: et etiam pro fluxu forme. ergo agens actionem recipiens non mouet: sed tamen est illud per quod aliud mouetur: et ita est motuum vel mouens. Sed contra: quod saltem agens recipiens actionem mutabitur: quod transit de priuatione ad formam. Ad hoc potest dici: quod sicut respectus non est forma ad se: sed ad alterum: ita quicquid recipit respectum realem: mutat non ad se: sed ad alterum: et hoc procedit. Simplicius super predicamenta. Negavit autem Averroes ad relatas esse motus aut mutationes: put motus et mutationem est ad se. Sed loquendo de mutatione ad alterum: non est inconveniens: quod sicut recipiens formā respectuam realē mutetur ad alterum. hoc est: quod alterum mutatur ad se: unde nunquam respectus alicuius acquiritur: nisi quod aliquod absolutū acquirit alicui alterum: et ita recipiens respectū mutationem ad alterum: quod illud alterum ad se mutatur. Ita respondet Doc. sub. in. 2. sen. di. 1. q. 5. et Simplicius super predicamenta. Ut et aliter potest dici sicut Franciscus in primo sen. di. 29. q. 2. mutationem est duplex. Quedam est physica: quedam metaphysica. Prima mutationem cōcernit: sicut locum: et alia accidentia sensibilia: que insequuntur agente: et patiens: et formā inducuntur ab agente in passo. Actio metaphysica abstrahit ab omnibus situ: distantiā: et ab oībus accidentibus sensibiliibꝫ. Et isto modo nos dicimus: quod si deus crearet unum angelum qui postmodum seipsum intelligeret: mutaret de sua intentione intellectus: ad talē intentionē mutatione metaphysica. quod hic nulla mā: nulla qualitas: aut accidens sen-

Doc. sub. in 2. di. 1. q. 5. et Simplicius super predicamenta.